



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 80. Caspar Borgia Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

Sæc. XVII.  
A. C. 1645.

§. LXXX.

*Caspar Borgia Cardinalis mortuus.*

Postremus ex Cardinalibus hoc anno defunctis erat Caspar Borgia natione Hispanus, qui in Complutensi Academia non modo laurea, sed & ex Primatibus Hispanis primus supremi Decanatus officio honoratus, a Rege Canonicus Toletanus, & a Paulo V. Albanensis Episcopus, postea Archipræful Hispalensis, & Pro-Rex Neapolitanus nominabatur. Romam profectus ob mores Viro Ecclesiastico ac Cardinali dignissimos Curiam magna virtutum laude decoravit, Regularibus valde addictus, & in pauperes adeo munificus, ut quotannis decem aureorum millia in eos erogaret. Gesserat aliquamdiu pro Rege Catholico Legationem Romæ, inde vero in Hispaniam revertebatur, eoquod Urbanus VIII. edita Constitutione jussisset, ut omnes Episcopi etiam Cardinales in suis Diocesisibus residerent: Vix in Hispaniam appulerat Borgia, cum illico Toletanus nominaretur Archipræful, Regio Senatui adscriptus. Demum vero Madridi die vigesima octava Decembris anno ætatis suæ sexagesimo primo decessit.

§. LXXXI.